



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Ivre, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

5. Expenditur secunda conditio praescriptioni requisita quae est titulus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

§. V.

Expenditur secunda conditio prescriptioni requisita, quae est titulus.

- 1 Titulus necessarius requiritur.
- 2 Quid sit.
- 3 Aliquibus placet sufficere titulum ignoratum.
- 4 Quid sentendum sit distinctione respondetur.
- 5 proponitur quadam obiciio.
- 6 Et illi satis.
- 7 In foro externo negant plures bonam fidem praesumi posse. ubi titulus non adest.
- 8 Distinctione questio resoluitur. Et sic satis fundamentis i opposita.
- 9 Mala fides praesumpta possessione 30. annorum purgatur.
- 10 In prescriptionibus, requirentibus titulum non sufficit possessionis probatio.
- 11 Si ex titulo vitio o possessionem inceptis corrumpit prescriptio.

Communitur Doctores, Couartu. ad Reg. possessor. de regub. iur. l. 6. p. §. 5. Molera. 2. disp. 4. c. 64. Lessius lib. 2. cap. 6. dub. 2. n. 8. Layman. lib. 3. sum. si. §. tract. 1. cap. 8. n. 12. Eman. Saaz. verbo prescriptio. n. 1. & ibi Summista Syluest. Angl. Tabiena. consent ad praescribendum titulum necessarium esse. Vt manifeste constat ex cap. si diligenti de prescriptio. leg. Celsus fide viciationibus.

Titulus autem est causa ex se habilis ad transferendum dominium. Vt est donatio, haereditas, legatum, emptio, venditio, transactio, adiudicatio. Etenim si res aliena tibi donetur a persona alia potente, vti capere potes ex titulo donationis. leg. 1. c. 2. ff. pro donato. Idem est si titulo haereditatis eam accipias, modo defunctus non sit in mala fide. §. diuina in iust. de viciationibus. leg. ult. Cod. communia de viciationibus. Deinde si titulo legati. leg. 4. ff. pro legato. & a fortiori si eam accipias titulo emptiois, venditionis, transactiois, aliorumque similium. Vt constat ex leg. 2. ff. pro emptore leg. ex causa Cod. de viciationibus. pro empt. vel transact. Item si tibi per sententiam ad iudicetur, aut ex lege, vti adiudicatur de relictis vel quae nullius sunt. Denique si rem illam probabiliter existimes ad te pertinere, vel quia credis tibi esse legatam, aut a te emptam, cum tamen legata, nec empti sit, vel quia inuenis inter tua bona qui titulus appellatur in iure pro suo. constat ex leg. 1. c. §. ff. pro suo. Hi sunt regulatiter tituli ex se habiles ad transferendum dominium. De quibus titulis late agitur. lib. 4. Digestorum & lib. 7. Codicis.

Ad viciationem igitur nullus ex his titulis qui validus sit requiritur. Nam simul cum traditione transfert dominium, sed probabiliter praesumptus; etenim cum praescriptio esse non possit absque bona fide, vt §. sequenti dicemus, haec autem consistere non possit absque titulo, vt potest illius fundamentum, non enim credere potes ius habere possidendi nisi credas te habere titulum, ex quo hoc ius oritur. Inferitur sane titulum praescriptioni necessarium esse non vti cum, sed probabiliter a praescribente praesumptum.

Verum Andreas Fachin. lib. 8. controuersia. iuris. c. 31. refertur Barr. Angl. & Immolam. in leg. 2. §. si sub conditio. e. ff. de viciationibus. Vazquium. controuers. siluest. lib. 2. cap. 69. asserit titulum necessarium esse, sufficere tamen ignoratum: quia potius substantia rei quam possessoris opinio spectanda est. Cui opinio non leuiter fauet lex 2. §. si sub conditio. ff. de conditio. ibi enim inquit Paulus Iuriconsultus. Si sub conditio emptio facta sit pendente conditio, emptor non viciatur. Idemque est et si putet conditionem extitisse, quae nondum extitit, similis est enim ei qui putat se emisse. Contra si extitit, & ignorat, potest dici secundum Sabinum (qui potius substantiam intuetur quam opinionem) viciari eam. Est tamen nonnulla diuersitas, quod ibi cum rem putat aliam quam sit venditoris, affectionem emptoris habeat: at cum nondum putat conditionem extitisse, quasi nondum putat sibi emisse. Quod apertius queri potest. Si cum defunctus emisset, haereditas eius tradatur qui nesciat defunctum emisse, sed ex alia causa sibi tradi, an viciatio cesset? Sed mihi eam viciari posse videtur. Ecce qualiter Iuriconsultus censet viciari posse eum qui suae possessionis titulum ignorat, siquidem is qui sub conditio emerat, & ignorabat conditionem extitisse, quique similis est ei qui ignorabat se emisse, & haeres qui ignorabat defunctum emisse, viciari posse: quia, vt inquit Sabinus, potius spectanda est substantia rei, quam opinio possessionis.

Sed ipsi Textibus respondere debes procedere in foro externo, in quo stante titulo ad viciandum non obest illius ignorantia, quia non praescribitur. Praeterquam quod non videtur necessaria ad bonam fidem scientia tituli in particulari, si in genere agnoscas iustam possidendi causam habere. Adde iure Ciuili, vt videbimus, non est requisita bona fides ad praescriptionem, quid mirum quod nec scientia tituli requiratur.

Temperant autem Couartu. ad Reg. possessor. 2. p. §. 5. Molina Ferd. de Castro. de Inst. & Iur.

Lessius, Layman. locis allegatis, vt procedat in praescriptione decem, vel viginti annorum, in hac enim praescriptione affirman- titulum necessarium esse. Secus vero in praescriptione immemoriali, tamen aduersus praescribentem ad iuris praesumptio. Itemque in praescriptione centenaria, nisi praesumptio iuri praescribenti noceat.

Ceterum in hac re distinguendum est: aliud enim est adesse titulum qui legitimus praesumitur: aliud est nullum adesse titulum, praesumi tamen adesse. Et quidem ad praescriptionem decem, & viginti annorum necessarium titulum adesse debet, nam esto ex sola praesumptione tituli fides bona consistere possit, non tamen constituitur praescriptio ex ea bona fide, titulo deficiente: at ad praescriptionem 30. vel 40. annorum, & a fortiori ad praescriptionem centenariam, & immemorabilem nullus titulus requisitus est, bene tamen illius praesumptio; quia absque illius praesumptione, bona fides stare non potest, quae in omni praescriptione necessaria est.

Huic tamen conclusioni videtur obistere Couartu. ad Reg. possessor. 2. p. §. 3. c. 8. quatenus asserit bonam fidem consistere posse absque titulo. Quod probat primo. Qui rem possedit triginta, vel quadraginta annis, cui possessioni ius non restitit, vere existimat rem esse suam, immemor tamen est tituli, & causa, ex quibus ad eum pertinetur propter longum tempus, facile enim ex facto proprio conuenit oblitio ex temporis antiquitate. leg. peregre ff. de acquirenda possessione. Ergo absque scientia tituli stare potest praesumptio. Secundo possidens rem ex titulo alioquin inualido potest habere bonam fidem ex qua praescribere possit, sed tunc non praescribit ex titulo. Ergo titulus ad praescriptionem necessarius non est. Tertio emens rem ab eo qui bona fide incepti possidere, non praescribit ex titulo emptiois, sed praescriptionem ab alio ceptam prosequitur. Ergo stare potest praescriptio, & bona fides absque titulo. Quarto ubi quis rem aliquam possidet credens sibi donatam aut legatam esse, cum tamen nec donata, nec legata sit, bonam fidem habet praescriptioni sufficientem quin titulum habeat. Ergo &c. Quinto si quis rem possideat existimans (quia id sibi a fide dignis dictum est) esse propriam parentum, quibus iure haereditario succedit, cum tamen vere non sit, habet bonam fidem absque titulo. Ergo bona fides stare optime potest absque titulo.

Verum haec argumenta nobiscum non pugnant. Ad primum respondeo completa viciatione per 30. vel 40. annos nihil referre, an memor, vel immemor sis tituli, ex quo rem possidisti, quia ea continuata possessio bona fide facta sibi titulum iuridicum concedit. Titulus autem ad inducendam praescriptionem requiritur, non post praescriptionem inductam. Praeterquam quod in praescriptione triginta, vel quadraginta annorum titulus non est necessarius, sed satis est si adit tituli praesumptio. Ad secundum concedo te bonam fidem habere posse stante titulo alioquin inualido, eo quod validum esse praesumis quo non solum ex bona fide sed ex titulo praescribis. Ad tertium admitto sic ementem non praescribere ex titulo emptiois, sed praescriptionem ab alio ceptam continuare, nego tamen absque titulo qui praesumitur adfuisse in venditore praescriptionem inchoante. Ad quartum & quintum concedo bonam fidem stare optime posse absque titulo vero, sed non absque titulo probabiliter praesumpto valido, vel absque tituli praesumptione. Quocirca dicimus ad praescriptionem qui viginti, vel triginta annis completur titulum necessarium esse probabiliter validum. At ad praescriptionem, quae possessione triginta, vel quadraginta annorum inducitur, praesumptionem probabilem tituli sufficere, tamen titulus non adit.

Potest in foro externo Andreas Fachin. relatis Innocentio, & Baldo in cap. per tunc de Testibus. Immolam. in cap. ult. n. 20. de praescriptionibus. Felino in cap. si diligenti. n. 4. eodem tit. Ruino. conf. 4. n. 29. lib. 1. negat bonam fidem praesumi posse vbi titulus non adit. Ducitur ex leg. ult. Cod. unde vi. ibi. Omnes scire debent quid suum est id a aliis modis omnibus pertinere. Deinde quia ad praescriptionem bona fides necessaria est. cap. ult. de praescriptionibus. Ergo asserens se bonam fidem in praescribendo habuisse probare debet: asserenti namque incumbit probatio non neganti. leg. asseratio. Cod. de non numerata pecunia. c. leg. 2. ff. de probati. nibus. Atqui vt hanc probationem praestet, titulum ostendere debet, titulus ad bonam fidem necessarius est.

Dicendum tamen est pro praescriptione quae decem, vel viginti annis completur, nec bonam fidem praesumi absque titulo, nec praescriptionem inductam consistere. Secus vero in praescriptione quae triginta, vel quadraginta, aut centenaria viciatione constituitur, & a fortiori in praescriptione immemoriali. Etenim praescriptio longi temporis ex iuris dispositione titulum requirit. leg. Celsus. leg. nu. lo. Cod. de rei vindic. vbi Bart. & Doctores. c. cap. placuit. §. possit. l. 6. q. 3. neque in hac parte vllum discrimen est inter ius Canonicum, & Ciuile, vt adnotauit Couartu. 1. variat. cap. 17. num. 7. at in praescriptione longissimi temporis, & immemorialis, nullus titulus neque iure Canonico, nec Ciuili exigitur, sed sufficit bona fides, qua praescribens credit se titulum habere, & causam ad possidendum, tamen non habeat. Vt constat ex leg. Omnes Cod. de praescrip. 30. annorum. cap. placuit §. possit. l. 6. quaest. 3. & tradunt Doctores in capitulo si diligenti cap. sanctorum de praescriptione. Ergo in praescriptione longi



longi temporis presumi non potest fides absque titulo, cum nec prescriptio absque titulo presumi, aut stare possit. Sectis vero est de prescriptioe longissimi temporis, in qua sicut non requiritur titulus, sed absque illo consistere potest, sic absque illo bona fides prescribi debet. Atque ita tradunt Baldus, ad leg. Celsus ff. de usucapionib. in 3. p. n. 9. Moch. de praesum. lib. 3. praesump. 13. o. n. 7. Malcard. de pio. at. volum. 1. conclus. 22. a. n. 3. Coartuu. ad reg. possessor. 2. p. § 8. n. 3. Vazquius. controuers. illustr. lib. 2. cap. 79. n. 1. Et cap. 8. n. 8. Neque obstant argumenta contraria. Nam lex vltima loquitur de eo qui rem possessam cognoscit esse alienam, quod stare non potest cum prescriptioe, quippe prescribens credere debet rem a se possessam propriam esse. Ad secundum, nego ad bonam fidem titulum necessarium esse, solum enim est necessarium presumere titulum adesse, tamen non adesse.

9 Hinc infero malam fidem praesumpam ex eo, quod qui propria auctoritate rem vacantem occupauerit leg. vlt. Cod. v. de vi purgari possessione triginta annorum teste Coartuu. plures referent ad reg. possessor. 2. p. § 8. n. 8. quia ea continuata possessio bonam fidem facit praesumere, maxime cum titulus ad praescribendum non requiritur.

10 Secundum infero in his praescriptionibus, quae ultra bonam fidem, & continuatam possessionem requirunt titulum non sufficienter probati possessione per totum illud tempus. Tum quia titulus non praesumitur, nisi probetur. leg. nullo. C. d. de rei vindicac. leg. diuina. Cod. de prescrip. longi temporis. Et leg. Celsus ff. de usucapionib. Tum quia illarum praescriptionum titulus est fundamentum, & causa, ac culibet incumbit probatio illius quod suae intentionis fuerit causa, & fundamentum.

11 Tertio infero tamen in praescriptione immemoriali, & centenaria, & regulariter in praescriptione 30. vel 40. annorum titulus non requiritur, ideoque probatio illius praescribenti necessaria non sit, attamen si constat praescribentem ex titulo vitioso praescriptionem incepisse, eo ipso corrumpit praescriptio. Nam hac consistere nequit absque bona fide. cap. vigilanti. Et cap. vlt. de praescriptionib. bona autem fides praesumi non potest stante titulo vitioso. Vti pluribus relatis docuit Malcard. de probat. volum. 1. conclus. 371. n. 38. Et seq. Andr. Fachin. lib. 8. controuers. cap. 33. ideoque Mol. alijs relatis. lib. 2. de primogen. cap. 6. n. 70. prudenter monet in his praesumptionibus titulum exhibendum non esse, nisi forte eius conditionis sit, vt causam aliam dubiam & difficilem, facilem, & certam reddat; nam cum ex praescriptione eo tempore continuata praesumantur inuenisse omnia requisita, non est cur in dubium exhibitione tituli reuertatur.

§. V I.

Declaratur tertia conditio requisita ad praescriptionem, quae est bona fides.

- 1 Bona fides omni praescriptioni necessaria est.
- 2 Aliqui temperantque procedat in praescriptione immemoriali, sed non admittitur.
- 3 Neque item admittitur, vt non procedatur in alieniis, & obligationibus.
- 4 Explicatur qualiter in actionibus, & obligationibus bona fides requiratur.
- 5 Qualiter seruatus rusticis praescribere possit.
- 6 Bona fides tam in foro Caesario, quam Ecclesiastico requisita est.

Bona fides, hoc est bona conscientia omni praescriptioni inuenienda necessaria est vt constat ex reg. possessor. de Regul. iuris. lib. 6. Et ex cap. vlt. de praescrip. vbi Innocent. III. inquit. Quoniam quod non est ex fide id est quod non est secundum conscientiam, & rationis dictum iuxta illud ad Rom. 14. peccatum est, Synodali iudicio definitum, vt nulla valeat absque bona fide praescriptio, cum generaliter sit omni constitutioni, atque consuetudini derogandum, quae absque peccato mortali non potest obseruari: inde oportet vt is qui praescribit in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienam. Ex quibus verbis liquido constat neminem praescribere posse rem alienam, quam alienam esse cognoscit, quia contra conscientiam retinet. Vt decidit leg. vlt. Cod. v. de vi ibi. Omnes enim scire debent quod suum non est id ad alios modis omnibus pertinere.

Aliqui e quorum numero est Salicet. ad leg. 2. Cod. de seruic. lib. 1. lason. lib. 2. cons. 209. Bald. cons. 352. num. 3. lib. 1. Decius. ad leg. man. in vlt. num. 12. Cod. de Part. Et cons. 496. num. 5. Et cons. 637. n. 4. Boerius. decu. 19. num. 7. Pradictum conclusionem limitant, ne procedat in praescriptione immemoriali, quia hac praescriptio vni habet tituli priuilegij iuris constituti, legis, & veritatis; ideoque aduersus illam non admittitur probatio, quia est praesumptio iuris, & de iure. Non igitur requirit bonam fidem. Sed hac restrictio nullatenus admittenda est, sicuti neque eam admittunt Glossa. in cap. 1. verbo, nisi de praescriptionib. lib. 6. Abbas. cap. vlt. de praescriptionib. Couartuu. ad reg. possessor.

2. p. §. 8. n. 4. Andreas. Fachin. lib. 8. controuers. cap. 26. & alij apud ipsos. Item quod longiori tempore mala fidei possessio rem alienam detinet, eo gratius peccat, at ob peccatum commissum in detentione rei alienae statuit Pontifex in cap. vlt. de praescriptionib. ne detentor praescribat. Ergo eius decisio efficaciter in praescriptione immemoriali cum mala fide procedit. Neque obest hanc praescriptionem vim tituli iuris, & priuilegij habere, quia id intelligendum est, cum ex bona fide procedat, alias lex praescriptionis, capite, & iniquitat fauere.

Secundum temperat Holtent. in sum. de praescriptionib. tit. qua res praescribi possunt. colum. 1. Bart. in leg. sequitur §. si viam §. de usucapionib. vt bona fides requiratur in praescriptione reum, secus in praescriptione actionum, & obligationum. Dicitur quia a Textus iuris Canonici bonam fidem in praescriptione exigentes, loquuntur tantum de praescriptione reum, non de praescriptione actionum, cap. sibi. de praescriptionib. ibi. Oportet vt nulla temporis parte rei conscientiam habeat. Et cap. possessor. de Regul. iuris. in 6. neque restrictio admittenda est, vt pluribus comprehendit Couartuu. ad reg. possessor. 2. p. §. 11. Andreas Fachinus. lib. 1. controuers. cap. 63. Molina. disp. 66. Lessius. lib. 2. cap. 6. ab. 4. Paul. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. et vlt. 1. cap. 8. n. 12. Et in nulla praescriptio cum mala fide, quae peccatum sit concedenda est. Tum quia regula iuris, Possessor mala fide, de qualibet praescriptione loquitur. Tum quia ratio, quia Pontifex motus est in cap. sibi. de praescriptionib. ad derogandas leges permissentes praescriptionem cum mala fide, quae procedit in praescriptione actionum, & obligationum; ac in praescriptione reum, cum in his omnibus peccatum sit, si cum mala conscientia possideantur.

Verum vt hac liquido contenti distinguendum est cum Paulo Layman. lib. 8. sum. sect. 5. et vlt. 1. cap. 8. n. 12. duplex generis actionum, & obligationum, aliae quae suapte natura tendunt ad agendum, vel non agendum; aliae quae suapte natura tendunt ad sustinendum, seu patiendum. Exempla prioris generis sunt prima obligatio soluendi debitum ob futurum commolium, ob futurum acceptum aliumque contractum interitum; in his enim quantumvis creditor negligens sit in recuperanda re propria, exigentia debet; vt praescribere non possit, sciens debitum esse, quia nunquam retinet rem vt propriam, sed semper vt debitum, tamen hoc vt illo tempore ob absentiam creditoris, aliaue causa ad debiti solutione exculeris, vt docuerunt Lessius, Molina, Layman. locis allegatis. Neque his obest regia constitutio. 9. tit. 1. lib. 4. nouae collectionis, qua famulij, autique certos venditoribus, & officialibus delegatur, ne triennio transacto metedes, & pretia rerum venditarum petere possint, quia hac constitutio ad emendandas fraudes famulorum, aliorumque officialium, ne inquam solutum iterum solui petant lata est, caeque de causa non concedit debitoribus debitorum praescriptionem, sed solum exemptionem, ne per iudicem solvere compellantur. Quinimo neque hanc exemptionem integre concedit, sed solum dum dilucida, & manifesta probatio quae diffidilis est in contrarium non offeratur, vel nisi creditores stare velint debitorum iuramento ad quod praestandum optime compelli possunt. Si Couartuu. ad reg. possessor. 2. p. §. 11. num. 4. Molina. disp. 67. cens. 2. & 3.

Alterum exemplum est obligatio quam habes abstinendi ab electione officij, beneficii ad quod praestandum nullum habes ius. Item a patre, a venacine, & possessione in praedio alieno, a transitu per eius terminum, ad aditio alius tollendo, a fenestra in eius horum aperienda, & similibus: in his enim praescribere non potes exemptionem ab obligatione, dum obliganti feceritiam habes. Nam stante hac scientia inique eligeres, palaces, aliasue actiones praestares; at per actiones inique factas praescriptio comparari non potest. Ergo stante mala fide non potest esse in his actionibus praescriptio. Atque ita docet Couartuu. d. tit. §. 11. n. 4. Molina. disp. 66. cens. 3. Et 4. Lessius. lib. 2. cap. 6. ab. 6. n. m. 2. 1. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. et vlt. 1. cap. 8. n. 12. & habetur l. g. h. e. autem. ff. de seruic. vbi dicitur. Quod iudicium leg. sequenti §. si viam ff. de usucapionib.

Aliud dixi esse genus actionum, & obligationum, quibus obligamur sustinere, & pati aliqui aduersus nos, si a nobis petent fuerit; harum enim praescriptio consistere potest cum scientia obligationis ex eo tantum quod pars aduersa certo quodam tempore iure suo non viatur; sed non ob inde mala fides incedit, cum hac praescriptio non exactioe praescribentis, sed ex exigentia actionis procedat. Vt docuit Abbas in cap. vlt. de praescriptionib. Bart. in leg. item sequitur. §. si viam ff. de usucapionib. Syluest. verbo, Praescriptio. Medina. Cod. de restitu. 3. §. 7. de praescrip. Couartuu. de reg. possessor. 2. p. §. 11. num. 5. Et in d. decret. 2. p. cap. 6. §. 8. num. 16. Mol. tract. de iust. disp. 66. conclus. 1. cap. 5. Lessius. lib. 2. cap. 6. ab. 6. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. et vlt. 1. cap. 8. n. 12. & alij. Exemplis doctrinae erit manifesta si enim tua bona fisco, vel alicui tercio in penam delicti commissi addicta sint: si fiscus vel alius tercius negligens fuerit in eorum exactioe eo tempore quod necessarium est ad praescribendum, ne dubio exemptione ab ea exactioe, & penae per legem impoita praescribes, tamen scias, & exactioe, & penae subiectum esse; quia bona fide praescribis, vtpote qui remere bonis petes dum non exiguntur. Sic Medina, Couartuu. Molina, Lessius.